bendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex præmissis non Completa Complenda. Citatus existens memoratus Recognoscens Magnificus Stanislaus de Tęczyn Ossolinski, Magnifici olim Nicolai de eadem Tęczyn Ossolinski Capitanei Kryszpinowiensis filius, sive eius Successores, ad Instantiam Suprascripti Generosi Georgij Michaelis de Grochowce Grochowski Venerabilis Jacobi Præmysliensis Canonici filij sive eius posterorum, ad Officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense extunc recessu Suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, Semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio, sine Juniamento, respondere Vadium præfatum huic Inscriptioni præsenti satis facere et omne iudicatum pati debebit et tenebitur. Seseque Suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, eundem Terminum primum peremptorium Vt et alios omnes exinde Consequentes Causæ eiusdem Terminos Semper peremptorios Vera infirmitate, pro maiori minorennitate, Successorum, Legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari a Monimenta ad Curiatorem, Vel aliis quibusvis dilationibus et legibilis impedimentis non differendo ad quietationem præterea Vltra proximos officij præfati Castrensis Capitanealis Præmysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo a præmissis omnia prius Simplicitus, Vel Duplicatis, Quasimilibus Suspensionibus fatalibus Juris præscriptione Terrestri bello Conventione, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo Hac Sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

## Bronicki et Woronicz mutuo se Quietant et Vnus Statuet Contentum

Comparens

Comparentes personaliter Coram officio et Actis præsentibus Ca:
strensibus Capitanealibus Præmysliensibus Generosi Sigismun:
dus de Bronice Bronicki ab Vna et Constantinus Wronicz
Venator Smolenscensis parte ab Altera Sani mentibus et corporibus
existentes a Terris Districtibus Fautis Iurisdictionibusque suis
quibusuis proprijs et competentibus recedendo, præsenti Vero
Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc
attinet Seu[que] Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus tota:
liter et plenarie inconsiderando atque Subijciendo palam libere,
publice ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum 135
Secundum suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem
Supraescriptus Generosus Bronicki Suo et Generosæ Ma:
gdalenæ de Zamosscie Consortis Suæ legitimæ, pro Cuius ratihaba:
tione cauet ac se præsentibus inscribit nomine, se se mutuo 135
et inuicem de Interciza certa [illegible] Recognoscentes et eandem
Generosam Bronicka, ratione certarum rerum et Conditionum
in eadem Interciza contentarum, de actu et data illius in Vil:
la Bystrzejowice die Vigesima Marij Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo Septuagesimo proxime præterito confecta et Con:
scripta manibus ab Vtrinque Subscripta et Actis præsentibus Sub
Vadio Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium, roborata
nec non de eadem ipsa Inscriptione Roboratoria, et eius Conten:
tis ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscentibus ab Vtrinque
præstitam Satisfactionem Quietant, emittunt, dimittunt, liberosque
et absolutos faciunt et perpetuo pronuntiant. Intercizam eam:
vero et eius Inscriptionem Roboratoriam, et quæuis ligamenta
Cassant, mortificant et annihilant, sibi et suis posteris ratio:
ne præmissorum omnium perpetuum imponendo silen:
tium. Nihilominus Idem Generosus Sigismundus de
Bronice Bronicki Vnus Recognoscentium se ac suos Succeso:
res in et Super bonis suis generaliter omnibus

pertinentis quibusvis habitis et habentis memorato Generoso Constantino Woronicz Venatori Smolenscensi eiusq[ue] posteris in-scribit et obligat præsentibus præfatam Generosam Magdalenam de Zamoscie sui Recognoscentis Consortem legitimam cum personali sui Recognoscentis assistentia Vel in eventum mortis Successores illius, ad approbandam per ipsam Inscriptionem præsentem Quietationem, Vel aliam similem suo pro interesse faciendam, ad Acta quævis Authentica Regni Vim et robur perpetuitatis in se habentia intra decursum duodecem Septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eaq[ue] Vel eius Successoribus, Ut præmissa debite exequantur efficere. Idq[ue] sub Vadio Summæ Mille Quingentorum Florenorum Polonicalium per eundem Generosum Sigismundum Bronicki sive eius Successores Suprascripto Generoso Constantino Woronicz Venatori Smolenscensi aut illius posteris, ob non statutionem præfatæ Consortis suæ statuendæ, Vel in eventu mortis Successorum illius, pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex præmissis non completa complenda Citatus existens memoratus Generosus Sigismundus Bronicki sive eius Successores, Ad instantiam præfati Generosi Constantini Woronicz Venatoris Smolenscensis, sive illius Successorum ad officium præsens Castrense Capitaneale Premysliense ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante tempore in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare comparere, respondere, Vadium præfatum luere, Inscriptioni præsenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Seq[ue] ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus eundem Terminum primum potentem

primam peremptorium, Vt et alios omnes exinde Consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vero infirmitate pro maiori inconvenientate Successorum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta aut curatorem Vel alias quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Vltra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia paruis simplicibus Vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus fatalibus Iuris praescriptione Terrestri bello Conuentioneque ac aliis omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis evadendo. Ita sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

## Bronicki et Woronicz mutuo Intercisicam Roborant et Statuunt. 1351

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Sigismundus de Bronice Bronicki ab Vna et Constantinus Woronicz Venator Smolenscensis parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et Competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet Se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus Totaliter et plenarie incorporando ac subijciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum Seorsim suo pro interesse recognouit. Quia sibi et quidem Generosus Sigismundus Bronicki suo et